Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Reden und Arbeiten der Societas Latina - Cod. Karlsruhe 3420, 1-4

Orationes in Marchio-Badensis Societate Latina ab ordinariis h. soc. solidalibus habitare - Cod. Karlsruhe 3420,2

Hebel, Johann Peter

[Karlsruhe], 1772-1776

[Hunolstein, Friedrich L. B. von]: Rerum in Belgio gestarum [...]

urn:nbn:de:bsz:31-99834

Visual Library

Rerum
in Belgio gestarum
seriem
inde a Cæde Guilielmi I Nassovii
usq; ad pacem Westphalicam
enarravit
F. de Hanolstein.

J. 287 II marz

Rerum in Belgio gestarum seriem,
~~inde~~ inde a caede Guilelmi Nassovii usque ad
pacem Westphalicam prosecuturo, talia mihi
occurrunt. Maxima tum felicitate, Parma
dux res in Belgio gessit, munitissimasque ex-
-pugnavit urbes, praecipue vero Antverpianorum
oppidum, post obstinatam obsidionem armis
demumque subegit. Jam afflictis rebus Francorum
Anglorumve potestati se subjicere destinabant
Belgae, utrisque dominium recusantibus. Anglorum
tamen Regina, Elisabetha, Vlissingo ac
Brila portibus sibi oppignoratis, copias
auxilio iis mittere spopondit. At supremus
dux Robertus Dudleyus, Leicestriae Comes,
nimia dominandi cupiditate, adeo Belgarum

animos

animos abalienavit, ut revocato ipso et ab impe-
rio remoto feliciores se fore etiam putaverint.
Nec post, Hispanorum terribilis et ut ipsi opina-
bantur, inexpugnabilis classis interitum Anglis
minata est. Hac superata tempestate, disjectis
copiis Philippi II maritimis, mortuo aliquanto
post summo imperatore Farnesio, duce Parmae,
magna rerum mutatio secuta, animique in dies Belgis
se refecere. Hic magni imprimis fuit Mau-
ritius Comes, quem jam tum, aetate florentem,
atque annum decimum octavum agebat, Hollandiae
Selandiaeque item Ultrajecti ordines praefectum
sibi delegerant. Post etiam Geldria et Trans-
isellana provincia imperium ipsi detulit. Heros
ille, Breda capta, Gertrudenbergo feliciter ex-
pugnata

=pugnato, multis usque præclarissimis expe=
=ditionibus velati viam sibi muniverit. Mox
enim Frisiam ac Geldriam ab Hispanorum
vexationibus liberavit. Interea Foederatæ
provinciæ augendis et dilatandis Commerciis unice
intentæ, validiores in dies extitere, et am=
plissimis opibus jam instructæ, libertatem ad-
versus Hispanos quovis modo tuendam statue=
rant; ut etiam Conditiones pacis ab Ernesto
Archiduce, ejusque successore Alberto sibi
propositas detrectaverint. In tanto rerum
discrimine Philippus Rex, equidem Belgas
facillime ad obsequium reduci posse ratus, Filiæ
Isabellæ marito Alberto easdem provin-
=cias pleno jure permisit, hac sola lege, ut
sine prole ipsis mortuis, ad Hispanorum

regnum reverterentur. Contra Belgæ in proposito manere, ne quod exterorum dominium agnoscerent.
Mauritius interim Comes, in felicibus suis expeditionibus ultra processit, apud Novum portum Hispanos acri proelio vicit, pleraque loca ad id tempus ab Hispanis possessa expugnavit. Ex diverso Hispani, diuturna Ostendæ obsidione attritis copiis, Spinola duce, triennio demum interjecto, hac volentissima urbe potiti sunt. Transacta eo tempore pace cum Jacobo Anglorum rege, eumdem erga foederatos Belgas sollicitabant Hispani. Extrema tunc experiri constituit Ambrosius Spinola, supremus Hispanorum dux, supplicem eruptionem, nullo vero eventu ausus. Hac tempestate Belgarum commercia in Orientem atque in Indiam prolata sunt, morque mercaturæ exercendæ facie

societas

Societas, quæ adhuc floret, instructa. His rebus et Hispanus et Archidux pacem petere coacti, qua negata, nihil præter inducias impetraverunt, quæ tandem conciliantibus Gallis Anglisve Antverbiæ peractæ sunt. Eratque in conditionibus, ut per id tempus ab Hispanis eæ provinciæ velut liberæ ~~quæ~~ haberentur. Elapso induciarum tempore recrudescebat bellum. Mortuo Mauritio Comite frater Fridericus Henricus successit ei in summo imperio, hic Hispanos ex Transysellana provincia ac Zutphenia expulit, revocatoque interim Spinola, ultimam Hispanorum feliciter avertit invasionem, Silvanductam expugnavit. Interim pacem in Brasilia fecerunt

Belgæ

Belgæ, Hispanorum classi argento onustam
interceptâ. Qua pecunia ad instruendam assistunt
classem. Et alia hostium consilio irrita reddita;
Reinberga capta. Postero anno supremum obiit
diem Isabella, Belgiumque catholicum ad Hispanos
rediit. Dein Cardinali Ferdinando Infanti,
Belgii, quæ Hispanici juris erant, cura tradita, magnæ
cum eo illuc missæ sunt copiæ, sed irrumpentibus
et Gallis in Hispanos divisis illis dimicandum
fuit copiis. Qua occasione Fridericus Henricus
et Bredam recuperavit. Eodemque tempore et
mari Belgæ imperium amplificavere. Mercaturæ
exercendæ societas, Brasiliæ firmata, Sancti Georgii
oppidum in ora Africæ situm expugnavit. Nec
minori fortuna usa est societas orientalis, quæ
oportunissimum portum in suam redegit potesta-
tem.

Diminutis igitur Cataloniorum Lusitanorumve
defectione Hispanorum viribus, non modo Foe=
=derati Hulsstam ceperunt, sed Gallis quoque in
expugnanda Dunquerka auxilium tulerant.
Itaque primus Fridericus Henricus defunctus
peractoris famam reliquit libertatis. Insequenti
deinde año pax Westphalica Monasterii per=
=acta est, quo pacto non modo Foederatae provin=
=cia pro liberis agnoscebantur, sed etiam, quid
quid terrarum intra extra Europam
subactum tunc erat, perpetuo
jure obtinuerunt.